

BOLETÍN DEL CLERO
DEL
OBISPADO DE LEÓN

SUSPENSIO
INDULGENTIARUM ET FACULTATUM
VERTENTE

ANNO UNIVERSALIS IUBILAEI

MILLESIMO NONIGENTESIMO

LEO EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quod Pontificum maximorum sanxit auctoritas, ut Anni sacri solemnia Romae potissimum agerentur, id quidem cum provisa divinitus dignitate et grandioribus muneribus almae Urbis est admodum congruens. Haec enim omnium, quotquot ubique sunt, christianorum patria communis: haec sedes sacrae potestatis princeps, aedemque traditae a Deo doctrinae custos sempiterna: hinc ut ab unico augustissimoque capite in omnes christianaee reipublicae venas perenni communicatione vita propagatur. Nihil ergo tam consentaneum, quam catholicos homines vocata Sedis Apostolicae huc certa per intervalla temporum convenire, ut scilicet una simul et remedia expiandis animis in Urbe reperiant et romanam auctoritatem praesentes agnoscant.

Quod cum tam salutare ac frugiferum appareat, sane cupimus ut urbs Roma toto anno proximo maiore qua fieri potest frequentia mortalium celebretur: ob eamque rem peregrinationis romanae cupidis velut stimulos addituri, admissorum expian-dorum privilegia, quae liberalitate indulgentiaque Ecclesiae passim concessa sunt, intermitteri volumus: videlicet, quod plures decessores Nostri in caussis similibus consueverunt, Indulgentias usitatas apostolica auctoritate ad totum Annum sacrum suspendimus: verumtamen prudenti quadam temperatione modoque adhibito, ut infra scriptum est.

Integras atque immutatas permanere volumus et decernimus.

I. Indulgentias *in articulo mortis* concessas:

II. Eam, qua fruuntur ex auctoritate Benedicti XIII decessoris Nostri, quotquot ad sacri aeris pulsum de genu vel stantes *Salutationem angelicam*, aliamve pro temporis ratione precationem recitaverint:

III. Indulgentiam decem annorum totidemque quadragenarum Pii IX auctoritate an. MDCCCLXXVI iis tributam qui pie templa visitent in quibus Sacramentum augustum quadraginta horarum spatio adorandum proponitur:

IV. Illas item Innocentii XI et Innocentii XII decessorum Nostrorum decreto iis constitutas, qui Sacramentum augustum, cum ad aegrotos defertur, comitentur, vel cereum aut facem per alios deferendam ea occasione mittant:

V. Indulgentiam alias concessam adeuntius pietatis causa templum sanctae Mariae Angelorum Ordinis Fratrum Minorum extra Assisii moenia a vesperis Calendarum Augusti ad solis occasum diei insequentis:

VI. Indulgentias, quas S. R. E. Cardinalis Legati a latere, apostolicae Sedis Nuntii, item Episcopi in usu Pontificalium aut impertienda benedictione aliave forma consueta largiri solent:

VII. Indulgentias, Altarium Privilegiatorum pro fidelibus defunctis, aliasque eodem modo pro solis defunctis concessas: item quaecumque vivis quidem concessae sint, sed hac dumtaxat causa ut defunctis per modum suffragii directe applicari valeant. Quas omnes et singulas volumus non prodesse vivis, prodesse defunctis.

De facultatibus vero haec constituimus et sancimus, quae sequuntur.

I. Rata firmaque sit facultas Episcopis aliisque locorum Ordinariis impertiendi indulgentias *in articulo mortis* eademque communicandi secundum Literas a Benedicto XIV decessore Nostro datas Nonis Aprilis An. MDCCXLVII:

II. Item ratae firmaeque sint facultates Tribunalis Officii Inquisitionis adversus haereticam pravitatem, eiusque Officium. Missionariorum quoque et Ministrorum qui vel ab eodem Tribunali, vel a Congregatione S. R. E. Cardinalium negotiis propagandae Fidei praeposita, vel alias ab apostolica Sede ad id deputati fuerint: nominatim facultas absolvendi ab haeresi eos, qui, eiurato errore, ad fidem redierint:

III. Ratae firmaeque sint facultates, quas Officium Poenitentiariae Nostrae apostolicae Missionariis, in locis Missionum earumque occasione exercendas, concesserit:

IV. Item facultates Episcoporum aliorumque sacrorum Antistitum circa dispensationes et absolutiones suorum subditorum in casibus occultis etiam Sedi apostolicae reservatis, quemadmodum ipsis a sacra Tridentina Synodo, seu alias, etiam in publicis casibus, a iure communi ecclesiastico et ab apostolica Sede pro certis personis et casibus permissae dignoscuntur. Idem statuimus de facultatibus Antistitum Ordinum religiosorum, quaecumque ipsis in Regulares sibi subiectos ab apostolica Sede tributae sint.

Iis exceptis, de quibus supra memoravimus, ceteras omnes et singulas Indulgentias tam plenarias etiam ad instar Iubilaei concessas, quam non plenarias, suspendimus ac nullas iubemus esse. Similique ratione facultates et indulta absolvendi etiam a casibus Nobis et Apostolicae Sedi reservatis, relaxandi censuras, commutandi vota, dispensandi etiam super irregularitatibus et impedimentis cuilibet quoquo modo concessa, suspendimus ac nulli suffragari volumus ac decernimus. Quocirca praesentium auctoritate Litterarum praecipimus ac mandamus, ut, praeter Indulgentias Iubilaei, easque, quas supra nominatim excepimus, nullae praeterea aliae usquam, sub poena excommunicationis, eo ipso incurrendae aliisque poenis arbitrio Ordinariorum infligendis, publicentur, indicantur, vel in usum demandentur.

Quaecumque autem his Litteris decreta continentur, omnia ea stabilia, rata, valida esse volumus et iubemus, contrariis non obstantibus quibuscumque.

Earum vero exemplis aut transumptis, etiam impressis, Notarii publici manu et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eandem volumus haberi fidem, quae haberetur praesentibus si essent exhibitae vel ostensae.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrae suspensionis, decreti, declarationis, voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contra ire: si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo nonagesimo nono Pridie Cal. Octobris, Pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

C. Card. ALOISI MASELLA Pro-Dat.—Card. MACCHI VISA
DE CVRIA I. DE AQVILA E VICECOMITIBVS

Loco ✠ *Plumbi*

Reg. in Secret. Brevium

I. CVGNONIVS

COLLATIONES MORALES PRO MENSE JANUARI

1.^a

Quid scandalum et quotuplex.—An scandalum ex genere suo sit peccatum grave.—Quandonam vitari teneamur scandalum *pusillorum*.—An vitari teneamur scandalum *pharisaicum*.—An praecepta omittere vel bona temporalia dimittere teneamur ad scandalum vitandum.

Casus.

Lucia, sutrix quae labore manuum se et matrem vetulam nutrit, a Joanne, uxorato viro, frequenter sollicitatur; quae tamen pia cum sit, non abstinet ab audienda Missa dominica die, quamvis semper in templo videt Joannem; quinimo aliquando in domum ipsam Joannis a istius uxore mercede conducta venit.

An recte fecerit Lucia?

Quaestio liturgica.

In Missis quotidianis de *Requiem* quae cantantur absque ministris una tantum, an vero tres dicendae sunt orationes?

2.^a

An liceat occasionem peccati permittere ut reus corrigatur.
=An liceat ponere ipsam occasionem vel sollicitare ad peccatum probationis causa.=An liceat suadere minus malum ut majus vitetur.

Casus.

Cum dubitaret Sempronius utrum famula Paula cum filio Luciano illicitum haberet commercium, quadam nocte se abscondit ut Lucianus a diurnis operibus rediens incomitatam inveniat Paulam; venit igitur Lucianus sed et amicus Andreas cum eo; Sempronius vero, ut honestatem famulae vel turpitudinem detegat, sequenti die ad peccatum Paulam sollicitat; quae, cum consensisset, reprehensa dimittitur; dum autem vellet mortem domino inferre, Lucas frater ei persuasit ut ignem admoveret domui Sempronii; quod factum est.

An et quomodo peccaverint Sempronius et Lucas?

Quaestio liturgica.

Si cadaver sepelitur dominica ad vesperam potest cantari Missa exequialis 2.^a feria sequenti cum haec sit duplex 1.^{ae} aut 2.^{ae} classis?

3.^a

Quinam peccent graviter propter scandalum in materia turpi.=An graviter peccet foemina nudo pectore incedens.=An gerens ornatum superfluum vel vultum pingens.=An graviter peccet mulier viriles vestes induens.=An liceat meretricibus famulari vel concubinariis.

Casus.

Catharina, nobilis puella, choreas quae apud amicos de more habentur nudo pectore ac nimis ornata frequentat pingens ut plurimum vultum ad defectum quoadam naturale tegendum;

quadam autem nocte bacchanalium, ne ab aliquo dignoscatur, induit se virilibus vestibus ex quo in peccatum luxuriae incidit; venit igitur ad confessarium et quaerit. ¿Utrum peccaverit in caeteris et quid in posterum faciendum?

Quaestio liturgica.

Privilegium unius orationis pro die obitus, 3.º, 7.º et 30.º vel aniversario intelligendum est de sola ecclesia in qua habentur exequiae vel etiam de qualibet alia?

4.ª


An choreae sint per se malae—an tolerari possint cum larvis—quid agere debeat parochus circa choreas—an spectacula sint per se mala—an semper et omnibus in discriminatim permittenda vel prohibenda.

Casus.

Laurentius, pater familias in villa quadam habitans non tantum filios in proximos vicos ducit ad choreas diebus festivitatis patroni, sed etiam propria domu solemnioribus diebus juvenes utriusque sexus saltare et honestas comoedias repraesentare permittit, ut filiis aliquod praebeat oblectamentum. An recte agat Laurentius?

Quaestio liturgica.

Cum sacerdos privatim celebrat *de Requiem*, qualis esse debet prima oratio, cum intentio dantis ignoretur?



SUSCRIPCIÓN abierta en el Obispado de León para atender á las apremiantes necesidades de la Santa Sede.

| | <i>Rs. Cs.</i> |
|---|----------------|
| <i>Suma anterior</i> | 10.025 83 |
| El Párroco de Riosequino..... | 20 ¢ |
| Un devoto de Villacé por Agosto..... | 20 ¢ |
| Las Religiosas de Santa Clara de Villalpando..... | 20 ¢ |

| | | |
|--|-----|----|
| El Párroco de Villabasta..... | 10 | » |
| D. Antolín de la Puebla, vecino de id..... | 2 | » |
| » Victoriano Rodríguez, id., id..... | 1 | » |
| » Jacinto de Puebla..... | 1 | » |
| » Simona Martín..... | 3 | » |
| » Benita de la Puebla..... | 3 | » |
| El Párroco de Liegos..... | 20 | » |
| D. Primitivo Mediavilla, vecino de id..... | 2 | » |
| El Párroco de Villarroañe..... | 8 | » |
| Un devoto de Villacé por Septiembre..... | 20 | » |
| El Párroco de Vegaquemada..... | 8 | » |
| El Párroco y algunos feligreses de Sahelices del Payuelo, según lista.... | 56 | 80 |
| <p>D. José Riol, 12 rs; Luciano Panera, 10; Rafael Riol, 8; Julián Castro, 4; Policarpo Merino, 4; Domingo de Prado, 2; Mariano Nistal, 2; Mateo Pérez, 1; Claudio García, 0'80; Juan Malagón, 1; el Párroco, 12.</p> | | |
| El Párroco de Lorenzana..... | 20 | » |
| El Párroco de Navatejera..... | 10 | » |
| D. Cipriano Blanco, Coadjutor de San Juan de Regla de esta Ciudad... | 10 | » |
| El Párroco y feligreses de Santa Olaja de la Barga..... | 100 | » |
| El Párroco de Valdevimbre..... | 20 | » |
| El Capellán de las religiosas Dominicas de Mayorga..... | 20 | » |
| El Párroco de Gordaliza del Pino..... | 8 | » |
| El Párroco de Pajares de los Oteros y sus feligreses D. Julián Gonzalez y | | |
| D. ^a Domitila y Soledad Colinas..... | 40 | » |
| El Sr. Arcipreste y Párroco de Cerezales..... | 20 | » |
| Micaela de Robles, vecina de id..... | 1 | 60 |
| El Párroco de Pallide..... | 20 | » |
| Un devoto de Villacé por Octubre y Noviembre..... | 40 | » |
| El Párroco y feligreses de Villarrobejo, según lista..... | 176 | » |
| <p>El Párroco, 100 rs; Fidel Fernández, 2; Gabriel Puebla, 2; Francisco Romo, 8; Claudio Fernández, 3; Bonifacio Santos, 0'80; Pío Hospital, 0'80; Domingo Montes, 1; Modesto Fernández, 0'80; Domingo Turienzo, 1; Clemente Montes, 1; Tomás Delgado, 1; Bernardo Martínez, 0'80; Gabriel Diez, 0'80; Andrés Fernández, 0'60; Leandro Gutiérrez, 0'60; José Fernández, 0'80; Leandro Alaiz, 2; Policarpo Andrés, 1; Saturnino Martín, 0'80; Bonifacio Vallejo, 2; Mariano Pérez, 2; Mateo Balbuena, 1; Pantaleón Tarilonte, 2; Pedro Santos, 1; José Aparicio, 1;</p> | | |

Facundo Bueno, 1; Francisco Gutiérrez, 0'80; Martín Pérez, 1; Manuel Maldonado, 1; Gregorio Santos, 0,60; Mauricio Martín, 1; Eustaquio Franco, 1; Pablo Fernández, 1; Valentina Escndero, 1; Teresa Lozano, 1; Gregorio Fernández, 1'20; Pedro García, 1; Cayo Fernández, 2; Juan Francia, 1; Eugenia García, 2; Juan Martín, 2; Manuela Prieto, 4; Segunda Cofreces, 0'40; Nicanora Romo, 1'20; Luisa Franco, 1; Florencio Fernández, 4; Tomás Pérez, 2; Nicolás Fernández, 1'20; Gumersindo Fernández, 2; Mateo Fernández, 4.
El Párroco de Pobladura de Bernesga..... 40 *

Suma total..... 11.745 73

Con esta fecha se remite la expresada cantidad al Excelentísimo Sr. Nuncio de Su Santidad en España, á la vez que lo recolectado en la Diócesis durante el presente año para los Santos Lugares y las Misiones de África.

—————>>>>:~:~:~<<<<—————

Asociación de SUFRAGIOS MÚTUOS del Clero de la Diócesis.

—

Han manifestado por conducto del Sr. T. Arcipreste de Mansilla y Arcipreste de Rueda de Arriba que desean pertenecer á la Asociación, é ingresan en ella:

N.º 1100.—Cimadevilla D. Rafael, dentro del primer año de su ordenación.

N.º 1101.—Robles D Emilio, con obligación de aplicar *diez misas*.

León, 21 de Diciembre de 1899.—Dr. Adolfo Pérez Muñoz,
Canónigo-Secretario.